phonſ. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis cap.28.numero* 105. Ioannes à Sande *d.definit.2. in fin.* quorum potiſſimo fundamento confeſtim ſatisfaciam.

55 Ex quibus etiam ceſſat altera præfati argumenti pars, quod videlicet peioris eſſent conditionis Princeps, & Reſpublica, quam priuati, ſi illi aliter quam hi, inuiti priori conductori relocare cogerentur pro pretio, ab altero conductore oblato, quod & ipſum de Eccleſia tradidere Vincentius de Franchis & alij proximè relati minus quidem rectè, nam cum in illis omnibus ceſſet affectionis ratio, quæ in priuatis conſideratur, & militet illa altera æquitatis naturalis, de qua in *l. 2. §. item Varus .ff. de aqua pluuia arcenda, cum vulgatis*, item intereſſe pecuniarij certioris, quæ in priuatis non æquè procedit, ob damnum eis maius proueniens ex diminutione libertatis, quàm pro affectione habent in locando vni potiùs quàm alteri, iuxta ſuperius tradita, in præcedenti diſſertatione latius, non poſſunt vtique peioris conditionis ex eo dici, quod in locatione priuatorum diſpoſitum, in illorum locatione non obſeruetur, nam que-
56 madmodum * vbi eadem eſt ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio *l.illud* 32.*ff.ad l. Aquil. l. à Tuio* 108.*ff.de verbor. obligat. cum ſimilibus*, ſic vice verſa vbi diuerſa eſt iuris ratio, iuris quoque diſpoſitio debet eſſe diuerſa, *l.hac actio* 4. iuncta *gloſſ.*1.verſ. *Secundo dicas*, recepta à Bar. *in princip. & num.*1.ac cæteris communiter *ibi*, *& l.fin.verſ.* Separatum, *ff.de calumniator. l. Papinianus* 20.*al.*21.*ff. de minoribus*, *l.fin.verſ.*Qui verò *iuncto verſ.*Cuius diuerſitatis illa ratio eſt, *ff.de ritu nupt.l.ſi ita ſcriptum* 16.*ff. de manumiſſis teſtam.l.ſi ſeruus* 19.*ff. de ſtatu liberis, cum ſimilibus*, ex quibus ſic pro regula tradiderunt vltra ordinarios *vbique*, Antonius Butr. *in cap. poſt tranſlationem* 11.*numero* 34.*verſ.* Tu dic, de renunciat. Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa* 1.*p. num.*173. Euerard. *in locis legalibus loco* 18.*à ſeparatis*, *& loco* 78. *à ratione legis ſtricta, vbique n.*1. vltra alios congeſtos ab Aug. Barboſa *axiom.*74. *numer.*6.*& axiom.*205 *num.*2, *& in locis communibus argm. loco* 37.*à diuerſis*, Simone Vaz Barboſa, & Gabr. Aluarez *ad axiomat. & loca iuris communia lit. R*, illo *numero* 6.*ad finem*, hoc verò *numero* 19.*&* 20. Vnde etiam * non poteſt
57 videri correcta deciſio Textus *in l.ne cui* 32.*Cod. de locato*, per Text. *in dict.l.congruit.*4.*& in l.fin. Cod. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. cum in longè diuerſis caſibus, planeque diſtinctam, ac ſeparatam rationem habentibus loquantur, maximè cum in dubio iurium correctio omnimò vitanda ſit, *l.ſi quando* 35.*Cod. de inoff.teſtament. l.vni.Cod. de inoffic.dotib. cap. cum expediat* 29.*de elect. in* 6.*cum ſimilibus* idque planè voluerunt omnes ſup. à nobis relati, *ſub numero* 32. maxime Valaſc.*d.quæſt.* 24.*numer.* 1. verſ. *Cæterum*, & Parlad. *differ.* 109.§. 1. *numer.* 14. *&* 15. qui regulam conſtituunt ex *dict. l. ne cui*, eamque rectiſſimè cum communi limitari ſubiungunt in terminis *dict. l.congruit*, *& d.l. finali*;

58 Quam veriſſimam reſolutionem Granatenſis Senatus me iudice amplexus eſt de menſe Octobris an.1632. in cauſa euacuationis domus aduerſus Ioannem à Coeto, inquilinum ciuitatis Granatenſis motæ ex parte D.Ioannis à Najera, qui poſt lapſum tempus locationis, primo illi factæ, domum ipſam ab eadem ciuitate conduxerat, adeóque eius poſſeſſione ſibi tradi, illumque ab ea expelli ex iure à ciuitate ceſſo contendebat, nam cum ordinarius iudex, neglecta rei allegatione, quod pro pretio ab altero oblato, quod & ipſe obtulit, ei eſſet præferendus, nihilominus euacuationis, & expulſionis mandatum aduerſus reum protuliſſet, noſtrum ab illo prouocauit Senatum, in quo id per ſupradicta reuocandum duximus, Ioannem manutenentes in poſſeſſione, & conductione domus pro ſequenti tempore, ſub eadem penſione, iiſdemque conditionibus, quæ ab altero offerebantur, & is poſtea, vt cognoui, quo rem ageret cautius, domum eandem in emphyteuſim vitalitiam à ciuitate accepit.

Deciſio incidens Granatenſis.

Tertio principaliter mouentur hi, quos 59
initio huius diſſertat. retulimus ex deciſ. Tex. *in cap.*1.*de locato*, vbi Portuenſis Epiſcopi, Ap. Sedis legati conſtitutio approbatur, ſcholaribus prohibens hoſpitiorum ſeu domorum conductionem in læſionem, vel præiudicium aliorum ſcholarium inhabitantium, niſi priùs conſtiterit, tempus conductionis, & habitationis eorum elapſum, vel ipſi inquilini ſuum nouæ huic conductioni conſenſum præſtiterint, atque ita per eum Text. volunt, inquilinorum hoc eſſe priuilegium, vt dum ipſi voluerint in domo conducta remanere, non poſſit illa ab aliis conduci in eorum damnum, nempè pro eodem pretio, quo inquilini ipſi eam conductam habebant, vel etiam pro maiore, ſi idem ab illis pretium offeratur. Sed quis non videat, hoc ibi ſpecialiter ſtatutum eſſe in fauorem ſcholarium domos inhabitantium, dum in generalibus ſtudiis ad Reipublicæ proficiendum verſantur, atque ita potiùs indicatur ius commune *dict. l. ne cui*, in contrarium eſſe, vt ſæpè diximus, quod & voluit gloſſ.*ibi*, *verbo* ſub excommunicatione, *in fin.* apertius gloſſ.*verbo* locandi *in d. l. ne cui* 32. *C. eod. titul. & verbo* maneat, *in fin. in d. l. fin. C. de locat. præd. ciuil. libr.* 11. vbique communis, quam reſoluunt Rebufus *de priuileg. ſcholar. priuil.* 9. Nicol. Boer. *deciſ.* 113. *num.* 3. verſ. *Item fallit in magiſtris*, Anton Gomez *tom.* 2. *var. c.* 3. *num.* 5. verſ. *Secundò adde*, Petr. Dueñas *reg.* 213. *ampliat.* 3. verſ. *Idem eſt*, Did. Perez *ad l.* 8.*tit.* 2. *lib.* 1. *ordinam. verbo* eſtudios, *in princip.* Aluar. Valaſcus, qui & inductionem negat *dicti c.* 1. *de locato*, *in tract. de iure emphyt. q.* 24. *num.* 2. verſ. *Rurſus*, Vicent. Carocius *de locato*, 3.*p. tit. debent. q.* 1. *num.*10. Petrus Barboſa *ad l.* 1. *ff. ſolut. matrim. p.* 7. *num.* 51. *verſ. vlt.* Ioan. Parlard. *in ſeſquicent. differ.*190. *num.*16. Anton. Cardoſo *in praxi iudicum, & aduocat. verbo locatio, num.*16. *in fin.* nouiſſimè Did. à Brito *ad c.*1.*de locato p.*1. *numer.*1. (qui & ipſe *ex num.*2. contendit, nec id *in d. cap.* 1. probari, nonnullis adactus rationibus, quas in præſentiarum diſcutere nec vacat, nec neceſſe eſt) Ioan. à Sande *d.lib.*3.*definit. Friſicar. tit.* 6.*defin.*2.*except.*1. idque apud nos probatum eſt *in l.*9. verſ. *La nona es*, vbi & notat Greg. Lop. *gloſ.*15.*&* 16.*tit.*9.*parti.*1.*& in l.* 5. verſ. *Otroſi dezimos*, vbi idem Gregor. *gloſſ.* 2.*titul.* 31. *partit.*2.& ad praxim commendat Paz *in praxi tom.* 3.*cap.*6.§.3.*num.*11.

Vltra præfata argumenta, quæ (vt dixi- 60
mus) ſpeciales continent caſus, alia quoque à ſimilitudine ducta pro ſua ſententia adferunt hi, qui generaliter volunt, primum conductorem,

ductorem, idem quod nouus offerentem, ei eſſe præferendum, quæ præcedentibus multò debiliora ſunt Quale, illud imprimis eſt à Ruginello allatum *d.cap.*22. *numer.* 9. quod primus conductor præferatur ſecundo, in rei locatæ poſſeſſionem inducto, ex ſententia Iaſonis *in l. quoties*, 15.*limitat.*13.*ſub numer.*23.*C.de rei vendicat.* quod late ego diſcutio, & abſolutè ſumptum falſum eſſe oſtendo *diſſertat.*19. præterquam quod etſi verum eſſet, non rectè ad noſtrum caſum applicaretur, qui longè diuerſus eſt, ex vulg.reg.*l.Papinianus* 10.*alias* 21. *ff.de minor. cum ſimilibus*. Huiuſmodi eſt & illud, ab eodem conſideratum *numero* 11.*&* 12. quod colonus teneatur fructus rei locatæ potius domino, quam alteri eodem pretio vendere, vt ex Calcaneo *conſil.* 8. *numero* 35. & aliis probat; nam & id parum apte ad noſtrum caſum adducitur, ob longam inter dominum, & primum conductorem differentiam, qua de re etiam inferius ego diſſero *diſſertat.*17. Denique & id leuiuſculum eſt, quo idem Ruginellus nititur *num.*13. quod conductor in re conducta plerumque ſoleat meliorationes facere, atque ita hoc caſu multò magis admittendum ſit, eum eſſe nouo præferendum, arg. Text. *in l. penult. ff.locati*, *& in l.domos* 58.*ff.de legat.* 1. cum traditis à Pariſio *conſil.*79.*num.*13. *lib.*1. & aliis à ſe relatis; quia nec hoc abſolutè verum eſt, maleque ex illis legibus deducitur, quæ tantum agunt de reputandis meliorationum, aut neceſſariæ ædificationis ſumptibus à colono in ſolutione penſionis; & ab herede, fideicommiſſo poſt mortem grauato, in ipſius fideicommiſſi reſtitutione; nec licèt verum eſſet, concluderet præcisè niſi in caſu meliorationis factæ, id quod certis tantum caſibus verificari poteſt, iuxta ſuperius tradita *à numero* 25. & quæ ad interpretationem Tex. *in cap. ad aures* 7. *de rebus Eccleſ. diſſertat.* 15. dicemus latiùs.

DISSERTATIO XIV.

De locationis inſtrumento, poſt primam vnicam alteri conductori facto, an ex vi eius quaſi executiui primus expelli poſſit? An item aliæ exceptiones, quam quæ iure Regio nominatim deſignatæ ſunt, in via executiua regulariter admittantur, vel non? ac nominatim de except. læſionis vltra dimidiam, & except. adulterij; & qualiter, quibuſque caſibus aduerſus tertium executioni locus ſit?

SVMMARIA.

1 *Conductor ſecundus ſucceſſiuus, ſiue qui primò poſt lapſum conductionis eius tempus ſucceſſit, ſi publica ſcriptura munitus ſit, an eius virtute ſummariam, & executiuam viam habeat ad primum expellendum?* & n. 3.

2 *Summaria, & executiua via, per ordinariam ceſſare, aut impediri non debet, & qualiter hoc procedat?* n.6.

3 *Inſtrumentum publicum locationis ſecundo ſucceſſiuo conductori factum, vim ſuam exercere nequit aduersùs primum, cum quo illud confectum non eſt, nec contractus celebratus.*

4 *Executiua vis ex publico inſtrumento competens, non eſt alio iure cenſenda, quam perſonalis actio, quæ ex contractu vel quaſi, in eo contento proficiſcitur, ſed iiſdem regulis metiri debet, vt ad tertium paſſiuè non tranſeat.*

5 *Conductor ſecundus ſucceſſiuus ſi ceſſionem aliquam haberet à domino, aut tranſlationem iuris eius aduersùs primum, neceſſarium ipſi non eſſet publicum locationis inſtrumentum, vt ſummaria ſibi via competeret ad illum expellendum, & quare?*

6 *Exceptio relocationis verbalis, à priore conductore obiecta in iudicio ſummario euacuationis ſibi à ſecundo conductore moto, non ob id reiicienda eſt, quòd altiorem requireret indaginem videatur, & quare?* cum n.ſeq.

7 *Actio ſui natura cauſam ordinariam ſupponit, & qualiter longum requirere examen dicatur?*

8 *Exceptio longum examen petere, ſiue altiorem indaginem requirere dicitur tam reſpectu temporis, ad ſui probationem neceſſarij, quam iudicij ſummarij, in quo opponitur, & quare?*

9 *Exceptio non dicitur altiorem indaginem requirere, ſi intra paucos dies examinari valeat, id quod iudicis arbitrio relinquitur vbi certus terminus non fuerit inſtantiæ, & proceſſus aſſignatus.*

10 *Exceptiones dicentur in continenti probari poſſe, ſi intra terminum inſtantiæ, & proceſſui à iure aſſignatum probari valeant.*

11 *Exceptiones in cauſa executiua oppoſitæ, intra decem dies omninò probari debent.*

12 *Exceptiones aduersùs executionem opponendæ; etſi certæ Regiis legibus expreſſæ fuerint, ad earum ſimilitudinem cæteræ omnes eandem æquitatem habentes admitti debent, quæ intra decem dierum terminum ipſis legibus definitum probari valeant; id quod latè probatur, & exornatur.*

13 *Exceptio læſionis vltra dimidiam oppoſita executiuè agenti ex inſtrumento venditionis, aut locationis, omninò diſſimilis Parladorio videtur ab his, quæ Regiis legibus expreſſæ ſunt; & adeò malè executiuæ viæ quadrare, ac pullata veſtis ad nuptias; cuius ſententia reiicitur, & contraria praxis remiſſiuè refertur.*

14 *Deciſio incidens Hiſpalenſis Senatus de exceptiò læſionis vltra dimidiam in executiuo iudicio oppoſita.*

15 *Terminus decem dierum, iure Regio probandis exceptionibus in via executiua præfinitus, prorogari non poteſt, niſi ad inſtantiam actoris, cuius fauore indultus eſt.*

16 *Deciſio incidens Granatenſis de exceptione adulterij à marito oppoſita in iudicio executiuo reſtitutionis dotis.*

17 *Vxor per adulterium dotem, & alia bona amittit, eaque maritus lucratur.*

18 *Quæ reg. procedit, etiamſi maritus vxorem adulteram criminaliter non accuſet, ſed ciuiliter tantum de dote agat propter adulterium; aduersùs Bart. magis communiter improbatum.*

19 *Lex* 6.tit.2.lib.3.l.1. & 2.titul.7. lib.4. fori, l.81 & 82.Tauri, & ſimiles ordinamenti, & compilat. *dum criminalis accuſationis à marito aduerſus vxorem adulteram proponenda mentionem faciunt, rectè intelliguntur.*

20 *Authentic.* ſed hodie, *cum corpore, vnde ſumitur*, C. ad leg. Iul. de adult. *cui apud nos conſonat* lex 15. verſ. *E ſi por auentura* tit.17.p.7. *dum adulteræ bona modo inibi expreſſo diuidi iubet, vltra eum caſum extendenda non eſt.*

21 *Crimina morte extinguuntur regulariter, & de intellectu* num.23.

22 *Maritum ſuperſtitem non poſſe vxoris prædefunctæ heredibus dotem repetentibus adulterij exceptionem opponere intrepidè affirmauit Anton. Gomezius, cuius ſententia conuincitur.*

23 *Crimina ita demum morte extinguuntur, ſi de illis criminaliter agatur, vel ciuiliter per viam actionis regulariter, ſecus alias.*

24 *Gloſſ.*penult. in l.fin.C.ad l.Iul.de adulter.*rectiſſimè intelligitur cum communi aduersùs Anton.Gomez.*

25 *Maritus, ſi ab vxoris prædefunctæ heredibus pro dote, quam poſſidet, conueniatur, de adulterio excipere rectè poteſt, & quidem perpetuo ex vera interpretatione* d.l.fin. iuncta gl. fin.& communi, C.ad l.Iul.de adult.

26 *Alexan. lapſus in re per eum obiter tractata notatur.*

27 *Baldus, & alij, generaliter docentes, heredes vxoris, ante ſententiam ſuper adulterio latam decedentis, dotem non amittere, rectè intelliguntur.*

28 *Marito poſt diuortium inter eum, & vxorem celebratum, vel litem ſuper eo motam, nedum exceptio de adulterio aduerſus vxoris heredes dotem repetentes permiſſa eſt, ſed & actio ad eam conſequendam competit.*

29 *Adulterij exceptio etiam mariti defuncti heredibus perpetuò aduersùs vxorem, vel eius heredes dotem repetentes competit, ſi iam inter coniuges ipſos diuortium fuiſſet celebratum, vel lis de eo mota, aut quomodocumque vir de vxore dum viueret conqueſtus eſſet, vel eius mores improbaſſet, aut aliquo modo impeditus, vel ignorans eam accuſare deſiiſſet.*

30 *Limitatio præcedens caſui in Granatenſi prætorio deciſo adaptatur.*

31 *Executiua actio ex contractu inſtrumentario, aut ſimili alia obligatione mere perſonali competens, aduersùs obligati perſonam dumtaxat dirigenda eſt ſecus ſi proueniat ex obligatione perſonali non mera, ſed admixtum habente ius reale, quod titulum, & poſſeſſionem tertij poſſeſſoris à debitore cauſam habentis inficiat, ac nullum reddat.*

32 *Executio dirigi poteſt aduerſus tertium poſſeſſorem ad quem res obligata peruenit ex titulo à debitore etiam mediatè habito, & à lege ipſa etiam ſemota conuentione improbato, ac nullo & quare?*

33 *Executio pro canone debito ex fundo emphyteutico, abſque domini directi conſenſu alienato, dirigi poteſt ex nonnullorum pragmaticorum ſententia aduersùs tertium poſſeſſorem, ad quem eo modo res peruenit; quorum ſententia defenditur.*

34 *Actus à iure improbatus, ac nullus redditus ex defectu qualitatis, priuatum fauorem concernentis, ſuſtinetur, ac vires capit, ſi is cuia intereſt non repugnauerit.*

¶ *Alienationem rei emphyteuticæ irrequiſito domino factam irritam eſſe, & canonem ab eius poſſeſſore per dominum directum peti, an contraria ſint? & obiter intellecta* l.commiſſa 14. ff.de publican.*ibid.*

35 *Executio pro cenſu emphyteutico ex aliquorum ſententia generaliter, & indiſtinctè dirigi poteſt aduerſus poſſeſſorem rei tali cenſui obligatæ, adeòque & ſi alienatio in eum facta valida omnino ſit & ex domini conſenſu proceſſerit, ac de veritate* n.38.

36 *Alienatio rei emphyteuticæ irrequiſito domino facta, ob tacitum eius conſenſum, ex eo inductum quod canonem potius petere, quam commiſſi agere velit, in omnimodum ipſius præiudicium vires non capit & quare*, cum num. ſeq.

37 *Actus ab initio infectus ac nullus, ex poſt facto vires non capit quaſi ex tunc, ſed quaſi ex nunc.*

¶ *An res emphyteutica pro canone ſit ipſo iure obligata? remiſſiuè.* ibid.

38 *Ius reale, quod in quocumque cenſu contrahitur, tantùm, prodeſt; vt ordinaria actio in tertium rei cenſui ſuppoſitæ poſſeſſorem dirigatur, non etiam executio, & quare?*

39 *Hiſpalenſis Senatus deciſio refertur.*

40 *Executio fieri directò poteſt aduersùs tertium poſſeſſorem rei litigioſi vitio affectæ.*

41 *Qualiter id ad praxim applicari poſſit in agente ex perſonali actione, quando litigioſi vitium inductum eſt ex alienatione facta pendente lite ſuper dominio rei.*

¶ *Venditor tenetur ad tradendam rem venditam, cuius tradendæ facultatem habeat, aduersùs nonnullos, qui ad intereſſe tantum eum indiſtinctè, teneri volunt* ibid.

42 *Litigioſi vitium ſemel contractum etiam ob litem ab alio de dominio motam, mihi ex alia cauſa, ac perſonali actione ad eamdem rem agenti proficere inconueniens non eſt.*

43 *Litigioſi vitium an ex alienatione facta lite pendente ſuper actione perſonali ad rem quæ alienata eſt, inducatur ad effectum vt poſſit in tertium actio, & executio dirigi.*

44 *An etiam ex bonorum alienatione, in fraudem paratæ exequutionis facta, cum actione perſonali ad quantitatem agitur.*

45 *Deciſio incidens Hiſpalenſ.*& 2. num.ſeqq.

46 *Teſtamentorum executio maximè ad pias cauſas ad Epiſcopum pertinet.*

47 *Donatio inter virum, & vxorem, traditione in vita facta morte confirmatur, non alias.*

48 *Executio aduerſus poſſidentem ex titulo ſimulato rectà via intenditur.*

49 *Et aduersùs poſſidentem rem, creditori ſpecialiter obligatam cum clauſula de non alienando.*

¶ *Legis* creditor 7. §.fin.ff.de diſtract. pign. *negatiua lectio defenditur cum communi aduerſus Ant.Fabr. ſibi parum conſtantem* ibid.

50 *Deciſio incidens Hiſpalenſis Senatus.*

51 *Pactum de non alienando cum ſpeciali rei hypotheca etiam in cenſuali contractu adijci poteſt, & operatur effectum, vt eius virtute executio dirigi poſſit aduersùs tertium huiuſmodi hypothecæ poſſeſſorem.*

52 *Non cenſetur prohibitum ad eum effectum in extrauagantibus Martini, & Calixti, nec in motu proprio Pij V. & quare?*

53 *Pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate, per ſe ſolum non ſufficit ad executionem aduerſus tertium, niſi adſit clauſula conſtituti, vel precarij, aut retentionis vſusfructus quomodo hoc pactum non diſtat à pacto de non alienando cum ſpeciali rei hypotheca.*

54 *Executio virtute pacti de non alienando cum ſpeciali rei hypotheca poteſt fieri etiam aduerſus clericum, & quare? aduerſus Gaſparem Rodericium.*

55 *Non fit illa virtute hypothecariæ ordinariæ, & ſic realis actionis vt putat Rodericius, ſed ratione oneris rei affixi, & infectæ poſſeſſionis, ac tituli quoad eam partem fundi, quæ illi oneri correſpondet.*

56 *Differentiæ ratio traditur inter actionem realem ad rem vendicandam competentem, vel etiam hypothecariam ſimplicem à perſecutione ratione oneris rei affixi.*

57 *Poſſeſſor rei cui onus affixum eſt non conuenitur, nomine proprio, ſed illius, qui primus onus impoſuit, qua ratione res ipſa dicitur conueniri vt pote primum debitorem, qui onus illud ei impoſuit repræſentans.*

58 *Hereditas iacens defunctum repræſentat.*

59 *Onus, vel tributum cum annexum eſt rei à clerico poſſeſſæ, poteſt laicus, cui debetur, id à re ipſa exigere coram ſuo iudice ſeculari.*

60 *Bona intelliguntur deducto ære alieno, & eatenus perſonæ priuilegio fruuntur.*

61 *Deciſio incidens Hiſpalenſis.*

62 *Executio aduerſus depoſitarium, commodatarium colonum, & inquilinum pro debito exequibili eorum, à quibus rem tenet, an competat? remiſſiuè.*

APPENDIX DVARVM PRÆCEDENTIVM.

IN ſpecie diſſertationis 12. à qua ſequentes deriuauimus, vtebatur coniudex quidam argumento in fauorem ſecundi conductoris per ſcripturam publicam, vt præferendus eſſet primo, ſuæ conductionis prorogationem teſtibus probare contendenti; prima quidem facie ſpecioſo, & quod ſtringere non parum videbatur, ſed diligenter tamen inſpectum, nihil profectò ad rem faciebat; quod (quia materiam habet vtilem, & ad plura alia, quæ in praxi frequenter occurrunt, conducentem) paulò altius attingendum, & in hunc locum
1 reſeruandum duxi. Dicebat ergo ille,* ſecundo ſucceſſiuo conductori publica ſcriptura munito, eius virtute ſummariam, & executiuam viam competere ex iure apud nos recepto, nempè *ex l.4. & 5. titulo 8. libro 3. ordinamenti veteris*, quæ ſunt *l.* 1. *&* 2. iuncta *l.*19. *titulo* 21. *libro* 4. *nouæ compilationis*, cum traditis à Parladorio *libro ſecundo rerum quotidian. cap. fin. part.*1. §.11. *ampliat.* 1. Azeued. *in*
2 *dict.l.*1. *à numero* 52. verſ. *In contrarium*, * via autem, ſiue actio ſummaria, per ordinariam, quæ primo conductori, ſcriptura deſtituto, duntaxat competit, ac longiores exigit moras, retardari, aut impediri non debet, ex regula Textus *in l.* 3. §.*ibidem*, illic, *ſi obſcurior, vel quæ habeat altiorem quæſtionem, differenda in* *directum iudicium*, ff. *ad exhibendum*, in *l. non erit* 5. §. *dato iureiurando*, illic: *Non aliud quæritur, quàm an iuratum ſit remiſſa quæſtione an debeatur*, *l. nam poſtea* 9. *in principio*, illic: *Denegatur actio*, *& l. in dubiis* 28. § *vltim. in fin.* illic: *Quia non quæretur, an dare eum oporteat, ſed an actor iurauerit*, ff. *de iureiurando*. *l. ille à quo* 13. §. *ſi de teſtamento*, *&* §. *quid ergo*, illic: *Interdum audiendum fideicommiſſarium, ſi cognitio prolixiorem tractatum habeat*, ff. *ad S. C. Trebellian. l. fin.* §. *ita tamen*, *Cod. de compenſationibus*, *l.*1. iuncta *gloſſ.*1. *verſ.* Dic ergo, *& l fin.* iuncta *gloſſa verbo* contradictor, *in fin. Cod. de edicto D. Hadrian. toll. l. fin. verſ. vltim. Cod. de ordine cognit.* cum his, quæ vltra Doctores vbique, *& in l.* 4. §. *condemnatum*, ff. *de re iudic.* tradidere Antonius de Canario *in tractatu de executione inſtrumenti, quæſt.* 5. *ſub numero* 14. *&* 15. Card. Pariſ.*conſil.*12. *numero* 26. *libro ſecundo*, Hippolytus Marſilius *ſingulari* 365. Fabius de Anna *ſingulari* 446. *&* 605. Matthæus Afflictus *deciſione* 52. *numero ſecundo*, Bernardus Diaz; & ad eum Salzedus *reg.* 254. *&* 255. Ioannes Gratian. *regula* 326. Thomas Grammaticus *deciſione* 65. *numero* 83. *&* 84. Ioſephus Ludouicus *deciſione Lucenſi* 24. *numero* 1. *&* 2. Menochius *de arbitr. libro* 1. *quæſt.* 53. *numero* 1. 2. *&* 3. *& caſu* 20. *in fin. & de adipiſcenda poſſeſſione remed.* 2. *à numero* 152. *ac de recuperanda, remed.* 15. *à numero* 471. Gregorius Lopez *in l.* 2. *gloſſa* 13. per Textum ibi, *titulo* 14. *part.* 6. D. Ludouicus Molina *de Hiſpanorum primogeniis*, *libro* 3. *cap.* 4. *numero* 43. *& cap.* 13. *numero* 15. *& libro* 4. *cap.* 9. *numero* 40. Melchior Pelaez à Mieres *de maioratibus* 3 *part. quæſt.* 15. *ex numero* 39. *iuxta nouiorem editionem*, Ioannes Baptiſta Aſin.*in praxi libro* 1. §.31. *cap.* 2. *ampliat.* 12. Maurus Burgius *de laudimio part.* 1. *inſpect.* 40. *numero* 136. verſ. *Item tali caſu*, & eius additio *numero* 261. *poſt princip & numero* 262. Nicolaus Intriglioli *ſingul.* 7. *libro* 1. *& deciſione* 17. *numero* 17. *&* 18. Parladorus *dict. libro* 2. *rerum quotidian. cap.* 5. *numero* 25. *& cap. fin quinta part.* §.11. *numero* 40. Didacus Perez *ad l.* 5. *titulo* 8. *lib.* 3. *ordinamenti gloſſa ſecunda circa finem*, verſ. *Vtrum autem exceptio*, Paz *in praxi* 1. *part. tomo* 1. *tempore* 7. *numero* 4 *&* 5. Petrus Barboſa *in l. diuortio* 8. §. *fin.* 2. *part. numero* 54. ff *ſoluto matrimon.* Ioannes Petrus Surdus *conſil.* 99. *numero* 8. *&* 44. *libro* 1. *& conſil.* 252. *numero* 9. *libro ſecundo*; Bartholomæus Bertazolus *conſultationum deciſiuarum lib.* 1. *conſultat* 53. *numero* 8. 9. *&* 10. *conſult.* 58. *à numero* 3. *ad* 13. *& conſult.* 57. *numero* 34. Ioſephus Cumia *in ritus magnæ curiæ Regni Siciliæ c.* 19. *numero* 70. *& c.* 38. *numero* 59. *& cap.* 42. *numer.* 13. Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium tom.* 1. *cap.* 170. *numero* 1. *& tom.* 4. *c.* 740. *numer.* 40. *&* 41. *ac tom.* 5. *cap.* 895. *num.* 3. *&* 6. & poſt plures alios Camillus Bottellus, latiſſimè rem tractans, *in ſumma deciſione tomo* 1. *titulo* 48. *à numero* 107. *ad* 127. D. Chriſtophorus de Paz *de tenuta capite* 57. *numero* 32. Marius Giurba *deciſ.* 21. *numero* 1. *&* 2. *& deciſ.* 69. *numero* 18. Salgadus *de Regia protectione tertia part. cap.* 3. *numero* 40. *& à numero* 51. *& part.* 4. *cap.* 7. *à numero* 50. nouiſſimè Ioannes Decherus *diſſertat. Iur. lib.* 1. *diſſertat.* 2. *num.* 17. *per tot.*

Quod quidem argumentum ex his, quæ in præfata diſſertatione ad ſecundam vltimi argumenti confirmationem latè obſeruauimus, per quàm fallax eſſe conſtat, cùm ſupponat,

publicum locationis inſtrumentum, ſecundo ſucceſſiuo conductori factum, vim ſuam exerere poſſe aduersùs primùm, cùm quo illud confectum non eſt, nec contractus celebratus, contra notiſſima iuris principia, quo-
4 rum ibi meminimus; nec enim * vis executiua ex publico inſtrumento competens, alio iure cenſenda eſt, quam perſonalis actio, quæ ex contractu, vel quaſi in eo contento proficiſcitur, quin potiùs, cùm ſuper illa fundetur, & ratione executionis ius merè perſonale ex natura actus competens non amittat, nec aliud induat argumentum, *l. Sancimus* 27. verſ. *Quod enim non mutatur*, *C. de teſtam.* iunctis traditis à Parladorio *d.5.p.§.1.n.15.* vbi cum Ang. & aliis docet, præter actionem ex contractu deſcendentem, condictionem ex l. & officium iudicis ſimul ad eam competere, ijſdem iuris regulis metiri debet, vt ad tertium paſſiuè non tranſeat, ſiue contra eum non procedat, atque eò magis, quòd ius exequendi merè priuilegiarium, & exorbitans eſt, duntaxat conceſſum ipſi inſtrumento, vel ſententiæ, aut ſimili actui inter partes celebrato, qui proinde aliis, quam ipſis, vel qui iuris cenſura iidem reputentur, præiudicare nequit, ex reg. Tex. *in l. ſapè 63. ff. de re iudic. rubr.* & tot. tit. *C. res inter alios acta*, cum latè adductis à Tiraq. *in ſimili tract.* cùm tamen ordinaria actio ex contractu competens, poſſit etiam realis eſſe, puta hypothecaria, aut ius mere reale continere ratione oneris rei impoſiti, quod quemlibet eius poſſeſſorem ſequitur, vt alibi dicemus; ex quibus ferè ſic in terminis notarunt, fatuos appellantes cauſidicos, qui executionem inſtrumentorum contra tertios in iudicio proponunt, Angel. Imola, & Alexander *in princip.* verſ. *Nota quod obligatio*, Iaſon. *num.3.* verſ. *Et ſic ſecundum Angelum*, & Ripa *num.1.* verſ. Et ex hoc inferunt *in d. l. 1. §. ſi heres præcepto fundo, ff. ad S. C. Trebel.* & poſt plures alios Gaſpar Caballinus *milleloquiorum iuris part. 2. milleloqui. 633.* Maranta *de ordine iudiciorum 6. part. actu 3. & vltim. de execution. ſententiæ num.31.* Rodericus Suarez *ad leg. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declaration. legis Regni, limitat. 1. (quæ eſt poſt 8. ampliationem) ex numero primo* Auendañ. *de exequut. mandat. 1. part. cap. 16. num. 6. verſic.* Defenſio tamen, *& ad lib. 4. & 5. titul.* de las excepciones, *lib. 3. ordinamenti, num. 26. in princip.* Petrus Dueñas *regul. 275. limitat. 6. & regul. 277. limit. 2. 3. & 5.* Ioannes Baptiſt. Aſinius *in praxi iudicior. §. 31. cap. 2. 16. ampliat. princip. limitatione 2. 3. & 5. & poſt 3. ampliat. princip. limitatione 25.* Gundiſſaluus Paz *in praxi 4. part. 1. tom. cap. 1. num. 49. in fine, cum ſequenti*, Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. part. §. 5. numero primo & 2.* Ioannes Gutierr. *ad l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. à num. 32.* Felicianus *de cenſibus lib. 3. cap. 4. num. 6.* Rodriguez *de reditib. lib. 2. quæſt. 9. numero 51. in fin. & num. 61.* verſ. *2. limita*, Auendañ. *de cenſibus cap. 96. num. 7.* verſ. *Vel agere*, Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium tom. 1. cap. 150. ex num. 1.* Franciſcus Milanenſis *deciſion. Siciliæ 1. & 8. num. 1. libr. 2.* Carol. de Graſſis *de except. in prælud. num. 140. & 157.* Iacobus Cancerus, Marius Antoninus Maceratenſis, & nouiſſimè Antoninus de Amato *variar. reſolutionum* primus *lib. 1. cap. 17. num. 25. verſ.* Pro his facit, alter *lib. 4. d. reſolut. 60. caſu 46.* ac poſtremus, *libro primo reſolut. 45. num. 9.* Ceuallus *pract. quæſtion. lib. 2. quæſt. 820. num. 22. & in tractat. de cognit. per viam violentiæ 2. part. quæſt. 16. num. 1.* Ioannes de Heuia Volanus *in curia Philippica 2. part. de iudicio executiuo §. 11. num. 2.* Amator Rodericius *de executiu. cap. 4. num. 45. verſ.* Verùm tamen, *& num. 46.* Dom. Anton. Pichard. *manuduct. ad praxim part. 2. præcepto, & §. 2. num. 4. circa fin. verſ.* Cum verò executio petitur, *& num. 6.* Salgadus *de Regia protect. vi oppreſſorum tom. 2. part. 4. cap. 8. à num. 42.* Floridus Mauſonius *de cauſis executiuis, ampliat. 6. num. 1.*

Accedit his, quod ſi ſecundus conductor 5
ſucceſſiuus ceſſionem aliquam haberet à domino, aut translationem iuris eius, ſine qua, vt relato loco diximus, nullo prorſus modo aduersùs primum experiri poſſet, vtique ei neceſſarium non eſſet publicum locationis inſtrumentum, vt ſummaria ſibi via competeret ad illum expellendum, quia & ſine eo virtute ceſſionis hoc ſibi ius competeret ex perſona domini, quod ſummarium, & executiuum eſſe reſoluunt Socinus, Menochius, Caualcanus, & alij à nobis *d. diſſertat. 12. ſub num. 22. relati.*

Eſt & in alio fallax præfatum argumentum 6
dum ob id reiicit, & incongruam iudicat exceptionem relocationis verbalis, à priore conductore obiectam, in iudicio ſummario, & executiuo aduersùs ſe à ſecundo conductore intentato, quòd cùm ad obtinendum in contractu illo relocationis, teſtibus probando, via ordinaria agendum ſit, conſequenter talis relocationis exceptio à primo conductore in ſummario hoc iudicio ſibi à ſecundò moto oppoſita, velut altiorem requirens indaginem, longioreſque moras petens, reiicienda veniat; nam & hoc ſuppoſitum falſiſſimum eſt, cum nihil in propoſito actio cum exceptione commune habeat, adeóque de vna ad aliam non recta fiat illatio, iuxta reg. Text. *in l. Papinianus 20. in fine principij, ff. de minor. cum ſimilibus*, actio namque, cum * ſui natura cauſam ordinariam ſupponat, *gloſ. verbo* in hac 7
actione *in l. 3. § fundum, ff. ad exhib.* quam vltra ordinaria *ibi*, ad hoc notat, & commendat Franciſcus Auileſ. *cap. 2. Prætorum, verbo* caſos, *in fin.* quem refert, & ſequitur Ludouicus Auendañus *de cenſibus cap. 98. numero 12.* verſ. *Primò ex parte actionum*, longum requirere examen dicitur non reſpectu temporis, intra quod probari poteſt, quod plerumque breue ſufficeret, ſed ordinarij iudicij, in quo proponitur, quod longas à iure dilationes habet, quibus ſi reus potiri velit, non eſt ei inuito regulariter hoc beneficium auferendum, ex regula Textus *in cap. indultum 17. de regul. iuris in 6.* cum tradit. à gloſſa & Dyno, *numero 16.* & aliis *ibi*, Tiraquell. *de retractu conſanguin. §. 8. gloſſ. 2. numero 14.* Didaco Perez *ad l. 1. titulo 4. libro 3. ordin. gloſſ. 4.* Petro Auguſt. Morla *in emporio, titulo 2. quæſt. 25. ex numero 6.* optimè Gabriele Pereira, qui latiſſimè proſequitur *deciſ. Luſitana 61. per totam*, maximè *à numero 7.* D. Franciſco Salgado *de Regia protectione vi oppreſſorum 2. part. cap. 1. ex numero 124.* at vero * exceptio 8
vice verſa longum dicitur examen petere, ſiue altiorem indaginem, vt aiunt, requirere tam reſpectu temporis, ad ſui probationem neceſſarij, quàm iudicij ſummarij, in quo talis opponitur exceptio, ex eo nempè quòd cùm id iudicium vel ſui natura breuem deſideret ter-

minum à iudice præfiniendum, vel alioqui breues habeat à iure præfixas metas, exceptio tamen oppoſita longiores exigit, vt iudici conſtare poſſit, propter factum forſan perple-
9 xum, & offuſcatum, vel in remotis locis probandum; quapropter ſecus erit, * ſi eiuſmodi exceptio intra paucos dies examinari valeat, vt ipſi, quos in argumento adduximus, ex communi ſententia adnotarunt, qui id iudicis arbitrio frequentiùs relinquunt, vbi certus terminus non fuerit inſtantiæ, & proceſſui aſſignatus, vt contingit in remedio miſſionis in poſſeſſionem, & ſimilibus remediis ſummariis, iuxta ibidem tradita, quibus addo D. Ioann. del Caſtillo plures alios congerentem *quotid. controuerſ. tomo 3. cap. 24. numero 167.*
10 *& 168.* Quòd ſi * certus fuerit inſtantiæ, & proceſſui à iure aſſignatus terminus, incontinenti dicentur probari exceptiones ſi intra illum probentur, vt tradunt, & explicant Ioannes Baptiſta Aſinius *in praxi §. 18. cap. 4.* Dom. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 4. numero vltimo verſ.* Dicetur autem, *& cap. 13. num. 16.* Azeued. *ad l. 1. titul. 5. lib. 4. nouæ*
11 *compilat.* * apud nos in executiua cauſa expeditum eſt, intra decem dies eiuſmodi exceptionem probari omnino debere tam *ex l. 20. verſ.* Pero el juzgador *titul. 14. part. 5.* ex qua Gregor. Lopez *ibi gloſ. 6.* rectè notat, ac deducit, exceptionem citò liquidabilem illam dici, quæ intra decem dies liquidari poteſt; quam *ex d. l. 5. titulo 8. lib. 3. ordina.* cuius ad hoc idem Gregor. meminit, *ac l. 64. Tau. & d. ll. 2. 3. & 19. compilat.* quibus traditum eſt, exceptiones in via executiua opponendas eſſe intra tres dies, & probandas intra decem, à die oppoſitionis legitimè factæ computandos, vt in ſpecie aduertit Parlador. *d. cap. fin. 1. p. §. 1. num. 11. ad fin. verſ.* dicetur autem, *& apertiùs 5. p. §. 11. num. 40.* verſ. *Verum apud nos*; id quod latè, & elegánter proſequitur, & explicat Ludouic. Auendañ. *de cenſib. d. cap. 98. num. 12. per totum.*

12 Quod adeo verum eſt, vt etſi alias *in d. l. 4. ordin. & d. l. 1. compilat.* certè exceptiones, ac defenſiones nominatim exprimantur, aduerſus executionem admittendæ, nempè ſolutionis, pacti de non petendo, falſitatis, vſuræ, vis, vel metus, cæteræque reiiciantur, adhuc tamen ad earum ſimilitudinem, omnes aliæ, eandem æquitatem habentes, admitti debeant; quippe quæ promptam habeant, & in continenti paratam probationem, intra præfatos decem dies faciendam, tantumque illæ, quæ longiores petunt moras, cenſeantur excluſæ, vt ſatis ex illis legibus deducitur, illic: *Y tal, que de derecho ſe deua recibir*, & apertius ex *d. l. 5. ordinament. & 2. compilat.* illic: *Saluo ſi haſta diez dias moſtrare la tal paga, o legitima excepcion*, *d. l. 64. Tauri*, verſ. *Otroſi*, illic, *alegare paga, o otra excepcion que ſea de recibir* (quæ eſt *d. lex 3.*) *& ex d. l. 19. tit. 21. lib. 4. compilat.* illic: *Si dentro de 3. dias ſe opuſiere, y alegare excepcion legitima, conforme a la l. 1. y 2. de eſte titulo*, optima *l. 27. in fine, titul. 6. lib. 3. eiuſdem compilationis*, illic, *Y aunque los Corregidores en algunos caſos procedan ſumariamente, no dexen por eſſo de recibir las excepciones legitimas, y prouanças neceſſarias*, quam legem à paucis animaduerſam, rectè in propoſito expendit Bouadilla, obiter rem pertractans, *in politica lib. 3. cap. 14. num. 30* & ex profeſſo magis id notarunt Didacus Caſtellus *num. 88.* verſ. *Quod eſt verum*, & Palacius Rubeus, *in fin. in d. l. 64. Tauri*, Rodericus Suarez (qui tamen malè dictam legem 4. ordinamenti per legem ſequentem corrigi exiſtimat) *ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicata, in declaration. legis Regni, poſt 12. limitationem, verſicul.* Venio ad 2. part. *num. 1. & 2.* Ioannes Horoſcius *ad l. tale pactum 40. num. 45. in fin. ff. de pactis*, Franciſcus Auileſius *in capitibus Prætorum, cap. 10. verbo* execucion, *num. 63. circa fin.* verſ. *Quia contrarium*, Gregorius Lopez, *ad l. 10. gloſ. 4. ad medium, verſ.* Et dato quod in ſtatuto, *titulo 12. parti. 5.* & latè comprobant; ac vſu forenſi receptiſſimum reſoluunt Didacus Perez *ad l. 4. titul. 8. libro tertio ordinamenti*, verbo *ninguna, ni alguna excepcion*, & verbo *que derecho*, Azeuedus *ad l. 1. titul. 21. libro 4. compilation. à num. 59. & num. 158.* Gundiſſaluus Paz *in praxi tom. 1. 4. part. cap. 1. num. 35.* Ioannes Gutierr. *practic. quæſtionum libro primo quæſtion. 111. per totam, & libro 7. ſiue de gabellis quæſt. 167. num. 2. 3. & 4.* Villadiego *in politica cap. 2. num. 115.* Amator Rodericus *de executione ſentent. cap. 6. ex numero* 1. Petrus Auguſtinus Morla *in empor. iur. titulo 5. quæſt. 3. n. 22.* Auendañ. *dict. cap. 98. num. 10. verſic.* Contrariam tamen, *& num. 12.* verſ. *Sed his non obſtantibus*; Dom. Pichardus *manuductionum ad praxim part. 2. §. 13. num. 2. ad finem*, quicquid reclament; Petrus Auendañ. *de exequn. mandat. 1. part. cap. 16. ex numero quarto & in declaratione ad d. l. 4. & 5. titulo* de las excepciones *num. 27.* verſ. *Et iſte terminus*; Ioannes Parladorius, qui ipſum nominatim refert, ac ſequitur *d. 5. part. §. 11. ex num. 3.* & Hieronymus Ceuallus *practic. quæſtion. tom. 3. quæſt. 763. à num. 55.* ac dubitet Melchior Pelaez *de maioratibus 1. part. quæſtion. 22. num. 23. circa fin. verſ.* Quod mihi difficillimum videtur, *iuxta nouiorem editionem*, nam & ipſe Parladorius ſibi parum conſtans *dict. §. 11. ex num. 6.* vltra exceptiones *in dict. l. 4. ordinamenti & prim. compilationis* nominatim comprehenſas, nonnullas alias velut eis ſimiles admittit.

Inter diſſimiles autem recenſent idem Parla- 13
dorius *dict. §. 11. num. 24.* & Ceuallus *dict. nu. 55.* exceptionem læſionis vltra dimidiam, oppoſitam executivè agentis ex inſtrumento venditionis, aut locationis, ſiue ſimplicis, ſiue quod frequentius eſt) longæ, vel perpetuæ, ad pretium, vel penſionem, ſeu canonem; quam exceptionem, & ſuper ea latam ſententiam, adeo male executiuæ viæ quadrare putat Parladorius, ac pullata veſtis ad nuptias, vt in prouerbium abiit; quaſi vero in alio diſſimilitudo notari poſſit, quam quod in termino decem dierum nequeat illa exceptio probari, quod in facto magis quam in iure conſiſtit, adeoque iudicis relinquitur arbitrio ex regula *l. 1. §. quorum, verſ.* Nam vt Papinianus, *ff. ad S.C. Turpillianum*, qui ſi ex circunſtantiis viderit, eam intra illum terminum probari poſſe, ipſam admittet, alias verò repellet, vt multò verius docuerunt Did. Perecius, tametſi parùm firmiter, *in d. l. 4. ordinam. gl. 1.* verſ. *Verùm autem durante tempore*, Azeuedus *in dict. l. 1. compilat. ex numero 157.* verſ. *Contrarium*, qui optimam huiuſce rei formam, ac praxim præſcribit, parùm fœliciter à Parladorio impugnatam; ac tandem probatam à Ceuallo *dict. quæſt. 763. numero 59.* iuxta quam ſæpiſſimè eiuſmodi exceptio in Hiſpalenſi Senatu me iudice admiſſa eſt, & aliquan-

14 do reiecta, * vt inter alia accidiſſe memini in
cauſa inſignis Cænobij Diui Hieronymi, vul-
Deciſio incidens Hiſpalenſis gò dicti *de S. Yſidro del Campo*, tribus ab Hi-
ſpali lapidibus diſtantis, cum Emanuele Tro-
che, ciue Hiſpalenſi, qui ab eo domum in
emphiteuſim acceperat pro certa penſione, pro
qua pars monaſterij executionem contra illum
petiit, & cùm Emanuel læſionis exceptionem
opponens, & intra decem dies probare para-
tus, id non ſatis promptè, & clarè præſtitiſ-
ſet, imò inſtante fine termini, eius proroga-
tionem peteret ad alios, qui tunc aberant, te-
ſtes examinandos, arg. eorum, quæ in petente ex
ſimili cauſa dilationem, excedentem metam in-
ſtantiæ, per reſcriptum coarctatæ reſoluit Maran.
de ord. iudicior. 5. p. ſub n. 18. hanc repulit petitio-
nem ordinarius iudex, illiſque diebus elapſis,
ſententiam addictionis, vulgò *de tranze, y re-
mate*, in fauorem monaſterij protulit, ſuo iure
reſeruato reo, vt id proſequeretur, prout ſib
expedire viſum eſſet, quam quidem ſenten-
tiam, vtpote iure conſonam Senatus in gra-
du appellationis confirmauit 16. die Decem-
15 bris anni 1610. nec enim terminus ille * pro-
rogari poteſt, niſi ad inſtantiam actoris, cuius
fauore indultus eſt, iuxta tradita à Parladorio
dict. cap. fin. 5. part. §. 10. *numero* 10. iuncto *nume-
ro* 13. *cum ſequentibus*, Gutierr. *practic. quæſtion.
libro* 1. *quæſt.* 116. *numero* 1. Azauedus *ad l.* 1. *titu-
lo* 21. *libro* 4. *noua compilationis, ſub numero* 158.
ad finem, verſ. Item quia ſi creditor, *& nume-
ro* 159 Bouadilla *in politica libro* 3. *cap.* 14. *nume-
ro* 80. Amatore Rodericio *de execut. capite* 6.
numero 32. Volaño *in curia Philippica* 2. *p. de iu-
dicio executiuo, §.* 20. *num.* 4. Salgado *de Regia pro-
tect. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 13.

Vbi itaque exceptionis probatio intra de-
16 cem dies facienda offertur, vtique admitti de-
bet, eaque facta, minimè realis executio de-
cernenda eſt, ſed deneganda potius, ac de fa-
cto per inferiorem iudicem decreta, per ſupe-
riorem reuocari debet, vt reuocata eſt me iu-
Deciſio incidens Granatenſis. dice in Granatenſi prætorio 9. die Iunij an.
1631. executio aduerſus maritum quendam
(cuius vt honori conſulam nomen reticeo)
petita, & re ipſa per addictionis ſententiam
obtenta ab herede vxoris prædefunctæ, pro
dote in inſtrumento contenta, ob adulterij
exceptionem à marito oppoſitam, & intra de-
cem dies concludenter probatam: conſtat ſiqui-
17 dem * quòd per adulterium vxor dotem, &
alia bona amittit, mariruſque lucratur, *l. cum
mulier.* 47. *al.* 48. *& al.* 49. per arg. ab ſpeciali *ff.
ſolut. matr. l. miles* 11. *§. ſocer*, illic: *& lucrum
ex dote magis petere*, & illic, *contentus lucrum ex
dote retinere, ff. ad l. Iul. de adult.* (præmiſſa
æquiparatione mariti, & patris, de qua *in l.* 1. *§.
ſi ſimul*, cum relatis à gloſ. 1. *ff. eodem titulo*)
l. conſenſu 8. *§. vir quoque, verſ.* nam mulier,
& l. iubemus 11. *verſic. inter culpas, C. de re-
pudiis, l. fin.* verſ. *nobis verò*, illic: *propter dotis
quæſtionem, vtrum in lucro marito cedat, C. ad l.
Iuliam de adulter. authentic. vt liceat matri, &
auiæ cap.* 8. *ſiue §. quia vero plurimas, verſ.* ſi de adul-
terio, *collation.* 8. *cap. plerumque* 4. *de donation. inter
vir. & vxor. l.* 15. *poſt princip. verſ.* E demas
deſto, *titul.* 17. *part.* 7. *l.* 6. *titul.* 2. *lib.* 3. *l.* 1. illic: *E
faga dello ſlo que quiſiere, y de quanto han*, & *l.* 2.
verſ. E otroſi, *titul.* 7. *lib.* 4. *fori, l.* 81. *&* 82.
Tauri, l. 1. *verſic.* Et ſi las accuſare, *titulo* 15.
lib. 8. *ordinamenti, l.* 1. *l.* 3. *verſic. vltimo & lib.* 4. *&* 5.
titul. 20. *lib.* 8. *noua compilat.* vt immeritò id ius

antiquatum eſſe, nec dote iam adulteram pri-
uari exiſtimauerint Curt. iunior. *num.* 78. &
Camillus Plautus *num.* 4. *in rubric. C. de edendo*
quos conuincit rectè Menoch. *de arbitr. li.* 2. *caſu*
287. *n.* 23. *& caſu* 419. *à n.* 60. in propoſito lauda-
tus à Fachineo *controuerſ. iur. lib.* 11. *cap.* 76. *verſic.
ad* 2. Stephani Gratiani *diſceptationum forenſium
lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. proſequuntur optimè vltra
ordinarios *in prœcitat. locis*, pluteſque alios
Dom. Præſes Couarr. *in* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 7.
§. 6. *per totum*, Iulius Clarius *lib.* 5. *ſentent. §. adul-
terium num.* 13. *cum ſeqq.* Petrus Zenedus, in-
numeros congerens, *collectat.* 154. *ad decretal.
num.* 1. *&* 2. Ludouic. Pegue. *deciſ.* 93. Vincent.
de Franch. *deciſ.* 184. Dom. Aloyſius de Leo,
qui & alios non paucos cumulat, *in d. l. con-
ſenſu, num.* 4. optimè Petrus Barboſ. *in rubric. ff.
ſolut. matrim.* 2. *part. num.* 37. *ſine verſ.* Ad comple-
mentum, *& in l.* 2. *in princip.* 1. *part. à num.* 52.
verſ. *Succedit igitur*, Petr. Thom. Sanchez. *de
matrim. tom.* 3. *lib.* 10. *diſputat.* 8. *à num.* 2. Hieronym.
Ceuallus *pract. quæſt. tom.* 1. *quæſt.* 298. *& tom.* 3.
quæſt. 708. *&* 709. Maſtrill. *deciſ.* 57. *ex num.* 1.
Farinac. *de delictis carnis quæſt.* 142. *per totam*,
Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 7.
gloſ. 3. *part.* 12. Quorum plerique inter alia
regulam rectè declarant procedere, * etiam ſi 18
maritus vxorem adulteram criminaliter non
accuſet, ſed ciuiliter tantum de dote agat pro-
pter adulterium quicquid Bartol. à nonnullis
receptus contrarium docuerit *in d. l. miles* 11. *§.
ſocer, in fin. ff. ad l. Iuliam de adulter.* cuius ſen-
tentiam magis communiter improbari poſt
alios teſtantur Iulius Clarus *d. §. adulterium,
num.* 13. *in fin.* Barboſ. *in d. l.* 2. *in princip.* 1. *part.
num.* 57. *verſ. Neque etiam obſtat*, Sanchez *d. diſ-
putat.* 8. *num.* 4. Farinac. *d. quæſt.* 142. *num.* 108. 19
Nec ea quidem probatur apud nos * in dictis
legibus fori, Tauri, ordinament. & compilat.
dum criminalis accuſationis meminere, hoc
enim tantum leges ille Regiæ fecerunt, vt
eum caſum opponerent alteri, ibidem pro-
poſito, cum videlicet maritus propria autho-
ritate ex iuris permiſſione adulteram cum
adultero ſimul interfecit, in qua ſpecie
nec dotem, nec vlla alia vxoris bona lu-
cratur, vt in iiſdem locis diſponitur, non ta-
men excludunt tertium caſum, cum nec adul-
teros maritus interfecit, nec criminaliter ac-
cuſauit, ſed ciuiliter tantùm aduerſus adulte-
ram egit ad lucrandam dotem, imò eum ca-
ſum ſub iuris communis diſpoſitione reliquiſ-
ſe cenſentur, ex regula *l. præcipimus* 32. *§. vlti-
mo, Cod. de appellatione cum ſimilibus*, & in ter-
minis ſic obſeruant Antonius Gomezius *ad
l.* 80. *& duas ſequentes Tauri, numero* 57. *§. vltimo,*
verſ. *Hodie tamen*, Barboſa *dict. numero* 57. *ante
relatum*, verſ. *Nec etiam*. Quemadmodum * in 20
ſimili quod ſpecialiter in hac materia ſtatu-
tum eſt in authent. *ſed hodie, cum corpore vnde
ſumitur, Cod. ad l. Iul. de adult. l.* 15. *verſ.* E ſi
por auentura, *titulo* 17. *part.* 7. vt adulte-
ræ bona modo *ibi* expreſſo diuidantur, vl-
tra eum caſum extendendum non eſt, vt latè
vltra alios reſoluit Farinac. *dict. quæſt.* 142. *à
num.* 102.

Nec Granatenſis curiæ doctiſſimos iudices 21
in præfata ſpecie quicquam mouit quod ex
parte heredum dotem repetentium obiicieba-
tur, per vxoris nempe mortem finitam eſſe
adulterij quæſtionem, in ipſius vita non mo-
tam, nec aduerſùs eius heredes tranſire,
l. 1.

l. 1. *ff. de priuatis delictis, l.* 3. *l. defuncto* 6. *ff. de pu-
blicis iudicijs, l. ex iudiciorum* 10. *verſic. vltimo
ff. de accuſationib. l. vltim. ff. ad l. Iul. maieſtatis,
l. pupillum* 111. *§. in heredem*, iuncta *l. pœnalia*
164. *ff. de reg. iur. l. vnic. C. ex delictis defunctorum
l.* 1. *&* 2. *cum ſeqq. C. ſi reus, vel accuſator mor-
tuus fuerit, §. non autem, inſtitut. de perpetuis,
& temporalibus act. l.* 25. *verſic.* Mas ſi ſe
murieſſe, *titul.* 1. *partit.* 7. quam regulam exor-
nant latè vltra ordinarios *vbique* Octauianus
Cacheranus *deciſion. Pedemont.* 152. *per totum*
Antoninus Theſaurus *deciſion.* 144. & alij
relati à Maſtrillo *dict. deciſ.* 57. *num.* 11. optimè
Ioannes Griuellus Sequanus *deciſion. Dolana* 6.
per totam qui numero tertio, verſ. *Minor illa*, alios
congerit, quibus addo doctiſſimum concolle-
gam meum Dom. Antonium Ronquillo Pin-
cianæ imprimis Cancellariæ ſedecim-virum,
ſupremi deinceps Ordinum Conſilij, ac de-
nique Regij Caſtellæ meritiſſimum Senatorem,
ſupremumque ſimul Mediolanenſis curiæ
Cancellarium, qui elegantem eius regul. li-
mitationem proſequitur, in extemporali diſ-
putat. Salmanticæ typis excuſa *ad l. aliam* 29.
ff. de nouat. à folio 7. verſic. *Denique, vſque in
fin diſputation.* qua regula motus in eodem ipſo
22 caſu contrarium, * quinimò maritum ſuper-
ſtitem, non poſſe vxoris prædefunctæ here-
dibus, dotem repetentibus, adulterij exce-
ptionem opponere intrepidè affimauit Anton.
Gomez *in dict. l.* 80. *Tauri numero* 69. Quia pla-
nè fallitur Gomezius, vir alioqui doctiſſimus,
& loquitur contra apertiſſimam deciſionem
Text. *in l. fin. verſic.* Nobis verò, *Cod. ad l. Iul. de
adulteriis*, vbi etiam poſt mortem vxoris po-
teſt de adulterio iudicium inſtitui à marito
ob lucrandam dotem, quemadmodum vltra
gloſ. penultim. & Doctores *ibi, ex ea l. deduxit
gloſſ. verbo* pactionibus, *verſ.* Item eſt alius
caſus, *in l. vnic. §. illo proculdubio, Codice de
rei uxor. actor.* Albertus Papienſis, vltimo lo-
co relatus, atque adeo tacitè magis probatus
ab ſpeculatore *titul. de exception. §. dicto, num.* 27.
*in fine, & titul. de dote poſt diuort. reſtitut. §. fin.
numero* 26. *ſimiliter in fine*, & notat vbique ad-
ditio, optimè Ludouic. Romanus *conſ.* 286.
& in l. rei iudicata 16. *§.* 1. *numero quarto ff. ſo-
luto matrimon. cum aliis infra.* Nec obſtat ſupe-
23 rior regula, quod delicta morte extinguuntur;
nam procedit * vbi de illis criminaliter agi-
tur, vel ciui iter per viam actionis, & neque
id indiſtinctè iuxta nuper dicta, & latius
mox dicenda. In eóque euidentius Gomezius
decipitur, quod putat, legem illam *finalem*
ſic *à gloſ. penultim.* verſic. *Item habet*, Baldo,
Saliceto, & cæteris communiter intellectam
eſſe vt eo caſu loquatur, ac procedat, quo
vxor non in matrimonij ſchemate deceſſit, ſed
poſt diuortium, inter eam, & maritum cele-
bratum, vel litem, ſuper eo motam, vt queri
tunc de adulterio valeat propter dotem, de
quo agi non poſſet, ſi in bona mariti gratia
42 vxor deceſſiſſet; non animaduertens * gloſ.
illam, & Doctores *in dict. l. fin.* præſertim Ioan-
nem Fabrum *ad verbum poſt mortem*, Baldum
numero primo, Salicet. *numero quarto*, ac reli-
quos ſub eo themate loqui, quo maritus ad-
uersùs vxoris heredes, dotalia bona poſſi-
dentes, ciuiliter pro dotis conſecutione vult
agere, ſiue per viam actionis adulterij quæ-
ſtionem referre, quo caſu illam faciunt di-
ſtinctionem, vtrum in matrimonio, vel

poſt diuortium mulier deceſſerit, & neque
eam ſimpliciter adhibent, ſed data mariti ſcien-
tia, vt apud eoſdem Doctores videre eſt,
aliud planè docentes, * quando ab vxoris præ- 25
defunctæ heredibus maritus pro dote, quam
poſſidet, conuenitur, & excipit de adulterio,
nam talem exceptionem marito per eam le-
gem indiſtinctè permiſſam eſſe, imò ei perpe-
tuò competere ex regula *l. purè* 5. *§. fin. ff. de
doli except. cum ſimilibus*, apertè docuit *gloſſ. vl-
tima*, verſ. *Sed excipiendo*, & communis *in dict.
l. fin.* vt conſtat ex Bal. *numero* 2. Angel. *nume-
ro* 1. verſ. *Nota benè*, Salyc. *in fin. ſummarij,
ac numero* 2. *&* 6. & aliis *ibi*, eodem Bal. *in dict.
l. rei iudicata* 16. *§.* 1. *numero* 2. verſ. *Non obſtat
lex finalis* (vbi etiam tradit Bart. *ſub §. morum,
numero* 2. *&* 3. & Angel. *in fin.*) *& in l. cum mu-
lier* 48. *numero* 11. *in princip. & verſ.* Sed contra
Bartol. *ff. ſoluto matrimon.* ac rursùs *in l. ſi quis in-
ceſti* 6. *numero* 4. verſ. *Sed hic dubitatur* (per il-
lum quoque Textum) *Cod. de inceſtis nuptiis, &
conſil.* 221. *verſ.* Secundus caſus, *volum.* 2. ve-
ram ac receptam ſententiam teſtantur Franciſ-
cus Balbus 4. *part.* 4. *principalis, numero* 9. verſ.
Sed an de adulterio, Boerius *deciſ.* 338. *numero* 4.
Gregorius Lopez *gloſſ.* 3. *in fin. in l.* 7. *titulo* 25.
part. 7. Didacus Perez *in l.* 2. *gloſſ. vltim. ad finem,
titulo* 15. *libro* 8. *ordinamenti*, Menochius *con-
ſil.* 30. *numero* 34. *verſic.* Non obſtat quartum,
volum. 1. adnotatio ſiue *additio vltim. ad Iulium
Clarum libro* 5. *ſententiarum, §. adulterium*, Ba-
iardus *ad eundem ſub eod. § numero* 125. Fari-
nacius *praxis & theorica crim. part.* 4. *d. qu.* 141.
numero 16. 59. 62. *&* 64. D. Garſias Maſtril-
lus *dict. deciſ.* 57. *numero* 12. 13. *&* 14. Fontanel-
la *de pactis nuptialibus clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *parte* 11.
numero 15. *&* 16. eademque ſententiam pro con-
ſtanti ſupponit Barboſa *in dict. l.* 2. *in princip.
ff. ſoluto matrimon.* 1. *parte numero* 126. verſ. *Nam
& in ſimili*, ac docet apertiùs, ex aliis commu-
nem reſoluens, *numero* 132. verſ. *Reiectis igi-
tur*: Tametſi & in hoc caſu * præfatam diſtin-
ctionem, vtrum in matrimonio, viro ſciente, 26
adultera deceſſerit, vel poſt diuortium, vt pri-
mo caſu de adulterio excipi non poſſit, ſecun-
do verò poſſit, quaſi communem referat, & ſe-
quatur Alexand. *in d. l. rei iudicata, numero* 5.
verſ. *Sed quid ſi mulier*, quia & ipſe parum ad-
uertenter locutus eſt, cum obiter tantum rem
pertractaret, non animaduertens eo demum caſu
eiuſmodi diſtinctionem locum (vt diximus) ha-
bere, quo per viam actionis de adulterio quæ-
ritur, non aliàs.

Juxta quæ declarandi ſunt Bald. *in cap. ex* 27
parte 10. *num.* 8. verſ. *Tertio caſu de conſuetudi-
ne*, Palac. Rub. ipſum tranſcribens *in rubr. de
donat. inter virum & vxorem, §.* 34. *num.* 5. *ſub
eodem verſ.* Franciſcus Auileſ. *ad capita Prætorum,
in prœmio, gloſſ.* 1. *num. vltim. in fin.* P. Tho-
mas Sanchez, qui eos refert & ſequitur *de
ſponſalib. & matrimon. tomo* 3. *libro* 10. *diſputat.* 8.
numero 13. *poſt principium*, verſ. *Hinc inferunt*, dum
generaliter docent, heredes vxoris, ante ſen-
tentiam ſuper adulterio latam decedentis, non
perdere dotem: eſt enim ea traditio neceſſariò
accipienda, cùm per viam actionis de vxoris
adulterio quæritur, propter dotem lucran-
dam; nam niſi hoc iudicium vir in vita vxoris
inſtituerit, eamque per ſententiam condemna-
uerit, vxoris heredes dotem non amittent, vt
idem vir doctiſſimus Thomas Sanchez præfa-
tos DD. ac ſeipſum paulò poſt explicuit *dict.
num.* 13.

num. decimotertio, verſ. Ex quibus omnibus.

28 Sed etſi Antonij Gomezij ſententia vera eſſet, adhuc illa in propoſito non obſtaret, propter limitationem, quam ſubiungit de diuortio, inter virum, & vxorem celebrato, vel lite ſuper eo mota, quo caſu marito nedum exceptio de adulterio ad retinendam dotem permiſſa eſt, ſed & actio ad eam conſequendam, vt docuit gloſ. *penult. in d.l. fin. C. ad l. Iuliam de adult.* & communis ſuperiùs relata; & 29 in eodem caſu, * imò, & quomodocumque vir de vxore conqueſtus eſſet, vel eius mores improbaſſet, aut aliquo modo impeditus eam accuſare non potuiſſet, & multò magis ſi ignoraſſet, ipſius etiam mariti heredibus exceptio aduersùs vxorem, vel eius heredes pro dotis retentione perpetuò competit vt cum communi reſoluunt Alexand. *in dict. l. rei iudicata, numero* 5. *verſ.* Limita tamen, *ff. ſoluto matrimonio*, & latiùs *conſ.*189.*in cauſa, & lite ex numer.* 3.*libro* 6.Baldus Nouellus *de dote* 7.*part. priuileg.*11. *numero* 8. Boerius *dict. quaſt.*338. *numero* 8. & poſt alios Menoch. *d.conſ.*30.*numero* 33.*lib.*1. Aluar. Valaſc.*conſultat.*169.*à numero* 5. verſ. *Limitanda*, Surd. *de alimentis tit.* 7. *quaſt.* 24.*numero* 15.Peguera *d.deciſ.*93.*numero* 7.Antonius Gamma *deciſ.*234.*numero* 2.*&* 4. & ad eum Blaſius Flores, alios cumulans (quicquid ipſe tandem contrarium verius putet) Maſtrillus ſic accipiendus,*d.dec.*57.*n.*2. *&* 3.Barboſ.*in d.l.*2. *in princ.ff.ſol.matr.n.* 124. *verſ.* Et tamen contrarium,iuncto *n.*25.*verſ.* Sed non placet,*& n.*132. verſ.*Et pariter*, Farinacius innumeros congerens *d.quaſt.*142. 2.*part.num.*114. *cum ſeqq.* Fontanella *dict. gloſ.*3. *part.*12.*à numero* 3. *ad* 11.tametſi quoad heredes mariti id non parùm controuerſum ſit, vt ipſi teſtantur, neque admiſerit Rota nouiſſima *parte* 3. *libro* 2.*deciſ.*86.Ceuallus *dict. quaſt.* 708. *numero* 15. *ad finem*, quibus accedit Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium libro* 1. *capite* 5. *numero* 22. *&* 23. hæc 30 etenim limitatio * in præfato caſu planè verificata eſt; nam maritus ille iam aduersùs vxorem, quæ ab eo propria authoritate diuerterat, diuortij cauſam, prætextu adulterij commiſſi, coram Eccleſiaſtico iudice tractauerat, incidenter petens, dotem ad ſe pertinere declarari, illamque condemnandam ad reſtituenda ſibi plura bona, quæ ſecum aſportaſſe dicebat, illa è conuerſo mariti narrationem negante, ac dicente eius ſæuitiam ſeparationi cauſam dediſſe, & ex ea ſola, non autem ex prætenſo adulterio illi locum fore declarandum eſſe, ac in reliquis à mariti impetitione ipſam fuiſſe abſoluendam, & licet Eccleſiaſticus iudex ita decreuiſſet, in eoque ſtatu mulier ab hac luce ſubtracta fuiſſet, adhuc maritus in executiuo iudicio aduersùs ipſum ab vxoris heredibus pro dotis reſtitutione intentato, adulterij exceptionem per plures teſtes qui de turpiſſima eius vita ante, & poſt diuortium factum depoſuere, pleniſſime probauit. Ex quibus ſatis (ni fallor) ſuperior Granatenſis curiæ definitio comprobata, ac iuſtificata manet, quæ poſtea in gradu ſupplicationis me quoque iudice confirmata eſt 18. die Martij anni 1632.

31 Sed quia ſupra in prima ſolutione argumenti, quod huic diſſertationi cauſam præbuit, executionem aduerſùs tertium, ac ſingularem rei poſſeſſorem locum non habere firmauimus, è re viſum eſt, elegantem eius, ad praximque vtiliſſimam ſubiungere declarationem ex qua vera lux, & ratio aperietur nonnullis ei per pragmaticos ſubiectis limitationibus, longe alio ſenſu, quam plures ex ipſis hactenus intellexerint: eſt autem illa, vt memorata regula procedat in actione executiua, ex contractu inſtrumentario, aut ſimilia alia obligatione merè perſonali competente, quæ re vera perſonalis eſt, aduersùs obligati perſonam dumtaxat dirigenda, non vero in ea, quæ & ſi ex contractu, & obligatione perſonali proueniat, admixtum tamen habeat ius reale, quod titulum, & poſſeſſionem tertij poſſeſſoris, ſiue immediatam, ſiue etiam mediatam cauſam à debitore habentis, ipſo iure inficiat, ac in irritum redigat, argumento Textus *in l. ſi quis ſub hoc pacto* 56.*ff.de contrahen. emptor. l. Titius* 9.*verſic.* Quod ſi ex voluntate, *ff.de ſeruit. exportand. l.* 1. *in princip. Cod. ſi mancip. ita venierit, ne proſtituatur l. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ.* cum vbique notatis, & à Bartol. latè *in l. creditores* 3. *à numero* 22. *verſicul.* Quid ergo dicemus, *maximè num.* 23. *verſiculo* Hoc præmiſſo, *& num.*25.*Cod.de pignorat.* Alexand. *conſil.*85. *à numero* 2. *& conſ.* 185. *num.*3. *lib.*6. ac poſt alios Tiraquel. *de iure conſtituti*, 1. *part. num.* 42. Matth. Afflict. *ad conſtitut. Neapolit. lib.*1.*rubr.* 8. *à numero* 19. verſ. *Hac regul.* Neguſant. *de pignorat.* 4.*part. princip. num.* 14. *verſic.* Iſtud tamen, *& num.* 20. verſ. *Octaua concluſio*, Anton. Gabriel. *commun. concluſ. lib.*5.*titul. de acquirend. poſſeſſ. concluſ.*8.*num.*3.*&* 4. 8. 9.*&* 10. *& à numero* 17. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.*5. *à numer.* 122. *ac diſtinctius à numero* 126.*& à numero* 143. (vbi quod non ſit neceſſaria excuſſio debitoris principalis) qui quidem omnes theoricam hanc doctrinam optimis exemplis illuſtrant; ex quibus limitationes illæ, ad praxim vtiliſſimæ dimanant, quas (vt dixi) pragmatici aptare ſolent ſuperiori regulæ, executionis ius aduerſus tertium, ac ſingularem rei poſſeſſorem neganti, ac nos clarioris doctrinæ gratia ſigillatim examinabimus, & ad pauciora capita reducemus.

Prima eſt, vt regula non procedat cum res, 32 ad quam vel circa quam perſonali actione agitur, ad tertium poſſeſſorem cauſam etiam mediatam à debitore habentem, peruenit ex titulo, qui à lege ipſa, ſemota quoque partium conuentione omnino improbatus eſt, & ad nihilum redactus, itaut iudicis reſciſſione non egeat, iuxta regul. Text. *in l. qua ſub conditione* 8. §. *fin. ff. de condit. inſtitut.* tunc enim cum perſonalis obligatio dirigatur ad rem, cuius alienationi lex reſiſtit, & nullitatis vitium iniicit, recta via ad eam recurri poteſt, nulla habita poſſeſſoris conſideratione, qui nudus tantùm detentor eſt, per quem debitor, qui verus eſt rei dominus, eandem poſſidere dicitur, *l. quod meo* 18.*ff. de acquirend. poſſeſſor. cum ſimilibus*, tradit Bartol. *in d.l. creditores, num.* 23. verſ. *Hoc præmiſſo*, communemque reſoluunt Anton. Gabriel. *dict. concluſ.*8. *num.* 4. Menoch. *d.remed.*5.*numero* 129. & ex pragmaticis qui ſpecificè magis in terminis executionis loquuntur Parlador. *lib.*2 *rer. quotidian. cap. fin.*4. *part.*§.5.*num.*4.*&* 5. *iunctis num.* 19. *&* 20. Auendañ. *de cenſibus cap.*96.*num.*8. Dom. Anton. Pichard. *manuduct. ad praxim part.* 2. *præcepto* 2. *num.*6.*ad fin. & num.*7. Ioannes de Heuia Volañus *in curia Philipp.*2. *part.* §. 11. *num.*7. *&* 8.

Qui huius limitationis exemplum ſubiungunt, 33 in re emphyteutica, * abſque directi domini conſenſu per emphyteutam alienata, quam alienationem ipſo iure regulariter nullam eſſe & in commiſſum cadere conſtat, *l. fin. in fin. Cod. de iure emphyteut. cap. potuit* 4. *Text. de locato*, & apud nos *l. fin. ſimiliter in fin.* vbi benè explicat Gregorius Lopez *gloſ. vltim. titul.* 8.*partit.* 5. qua de re ego diſſertat. ſequenti latius diſſeram ad interpretat. Text. *in cap.*2. *de feudor. in* 2. *eius parte*, atque ita ſi dominus malit canonem petere, quam commiſſi agere, petere executionem poterit ex inſtrumento emphyteutico aduersùs hunc tertium poſſeſſorem in re ipſa emphyteutica faciendam, argument. Text. *in l. commiſſa* 14. verſ. *Ea propter*, illic: *Sicut aduerſus quemlibet poſſeſſorem, ff. de publican. & vectigal.*

Quod tamen exemplum non parùm videtur difficile; imprimis quia huiuſmodi alienatio eatenus nulla eſt, ſiue commiſſi pœnam, quam & caducitatem vulgò vocant, inducit, quatenus directus dominus, in cuius fauorem ea introducta eſt, hoc iure vti voluerit, aliàs vero ſuſtinetur, quemadmodum ex dictis iuribus colligitur, ac voluit *gloſſ. fin.* & communis *in d.l. fin. C. de iure emphyteut.* Quod & ipſum gene- 34 rale eſt * in omni actu à iure improbato, & nullo, ex defectu qualitatis, priuatum fauorem concernentis, qui procul dubio ſuſtinetur, viresque capit, ſi is, cuia intereſt, non repugnauerit, *l. filio præterito* 17. iuncta *gloſ. verbo tuebitur*, & communi *ff. de iniuſto rupto, l. à procedente* 4. illic: *Si fortè dilationis petitio fuerit improbata, Cod. de dilat.* idque velut receptiſſimum reſoluunt, ac pluribus exemplis illuſtrant Ludouicus Romanus *conſ.*115. *numero* 5. Boerius *deciſ.* 96. *à numer.* 5. Tiraquel. *ad l. ſi vnquam, verbò* reuertatur, *ex num.* 10. *Cod. de reuocand. donat.* Matthæus Afflictus *deciſ.* 110. *num.*2. Vincent. de Franchis *deciſ.* 278. *num.* 6. *&* 7. *ac deciſ.* 367. *&* 384. *numer.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 929. *num.*17. Menoch. *de arbitrariar. libro primo quaſt.*35. *num.*14. Parlador. *lib.*2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.*6. Eſcouar. *de ratiocin. cap.* 33. *num.* 5. Guzman. *de euict. quaſtion.* 60.*num.* 27. Maurit. de Apicella *in addit. ad tutamen pauper titulo primo num.*379. Non ergo ſimul ſtare poteſt, quòd dominus directus pro canone ſeu penſione ſibi ab antiquo emphyteuta debita aduersùs nouum hunc emphyteutam, vt pote nulliter poſſidentem executionem intendat, & quòd commiſſi perſecutionem omiſerit, cùm hoc ipſo alienationem ipſam ratam habeat, adeóque validam efficiat, quæ inter contrahentes tantùm operari poteſt; nec proinde in propoſito rectè inducitur Tex. *in d. l. commiſſa*, quæ tantùm loquitur de perſecutione rei, fiſco ex commiſſo quæſitæ, aduersùs tertium, vt aduertit Gaſpar Rodericius paulò poſt referendus.

35 Deinde præfatum exemplum ex eo difficile redditur, quod generaliter, & indiſtinctè idem Parladorius poſt alios docuit *d. c. fin.* 4. *p.* §. 1.*num.* 18. receptus à Volaño *d.* §. 11. *num.* 8. verſ. *Y tambien*, pro cenſu nempe emphyteutico rectà dirigi executionem poſſe aduerſus poſſeſſorem rei tali cenſui obligatæ, non eo expectato an in eum alienatio nulliter facta ſit, ob non requiſitam domini voluntatem, ſed tantùm quòd talis rei poſſeſſor ſit, licèt alienatio in eum facta ex domini voluntate proceſſerit; ducti argum. Tex. *in l. hactenus* 8. (quæ aliàs eſt *ſub. l. vſufructu* 7.) illic. *Quoniam & alia onera agnoſcit. ff. de vſufr. l. Imperatores* 7. illic: *Ipſa prædia non perſonas conueniri ff. de publican. & veſtig. & l. fin. C. ſine cenſu, vel reliquis*: quo argumento idem & in cenſu conſignatiuo conſtituunt, quod & docuerunt Franciſcus Auileſius *c.* 10.*Prætorum, verbo* executionis, *num.* 56. *circa fin.* verſ. *Fallit etiam*, D. Anton. Pichard. *ad* §. *item Seruiana* 7. *num. vlt. circa fin. verſ.* Vel niſi tertius, *inſt. de action. & manuduct. ad praxim p.* 2. *præcep.* 2. à quibus & alij pro hac ſententia citantur, qui eam minimè docuerunt, vt mox videbimus.

Verùm his nihil refragantibus, memoratum 36 exemplum iure defendi poſſe cenſeo: cui non obſtat primum arg. quia etſi verum ſit, alienationem rei emphyteuticæ irrequiſito domino factam, adeóque nullam, & in commiſſum incidentem, nouo ipſius conſenſu ſaltem tacito, ex eo inducto, quod canonem potiùs petere, quam commiſſi agere voluerit, conualidari, ac vires accipere, tamen illas non accipit niſi ex eo tempore, quo ad canonem agere voluit, cum iam antea ob irrequiſitum ipſius conſenſum à lege fuerit improbata, & quoad legem ipſam infecta, ac nulla, quæ illum ſaltem effectum operata eſt, vt nouus emphyteuta, velut ex infecto hoc titulo poſſidens, poſſit vel ordinariè vel executiue pro penſione ex fundo ipſo emphyteutico domino debita conueniri, nec nouus domini conſenſus in omnimodum eius præiudicium interpretandus eſt, ſed quoad id tantùm, vt cùm ad canonem agendi viam elegerit, non poſſit amplius commiſſi agere, argum. Tex. *in l. ſi mulier* 21. §. *vlt.* illic. *Vt quam viam ego elegerim, hæc mihi pateat, ff. quod met. cau.* quia 37 actus * ab initio infectus ac nullus, ex poſt factos vires non accipit quaſi ex tunc cum actus nullus factus eſt ſed quaſi ex nunc cum nouus accedit conſenſus, *l. obſeruare* 4. *in fin.* vbi Bart. *numero* 7. verſ *Nec obſtat*, & cæteri communiter, *ff. de off. Proconſul. l.* 3. §. 1. *ff. de minor. l.* 1. §. *ſed ſi filiusfam. ff. de legat.* 3. *l. qui liberis* 11. §. *teſtamento*, illic. *Voluntas, quæ defecerat, recenti indicio rediiſſe intelligitur, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. l.* 1. §. *ſi pater*, iuncta *gloſ. verbo* donatio *& l. ſi pater* 4. *ff. pro donato* ac docuit *gloſ. magna, verſic.* Vel dic generaliter, *in cap. non firmatur* 18. *de regul. iur. in* 6. *& communis*; quam reſoluunt Alexand. *conſil.*78.*num.*24. *lib.*5. *& conſil.* 232. *num.*6. *lib.* 6. Dec. *in l. ſemper qui non prohibet* 60. *numero* 16. *ff. de regul. iur. & conſil.*367.*num.*4.*lib.*2. Iaſonem *in l. ſi is*, qui pro emptore *num.*120. *ff. de vſucap. & conſil.* 139. *num.*8.*libro primo ac rurſus conſil.*137. *à numero* 4. *libro ſecundo* Carolus Ruinus *conſil.*72. *num.*10. *&* 11. *volum.* 3. Cardin. Pariſ. *conſil.* 49. *numero vltimo lib.* 1. Caldas Pereira *ad l. ſi curatorem habens, verbo* intra legitimum, *num.*21. *verſ.* Ex quibus, *& num.*23. *Cod. de in integr. reſtit.* Gabriel. Pereir. ipſius filius *deciſ. Luſitan.* 36. *num.*4.

Ad 2. argumentum reſpondemus, ſententiam illam alteram Parladorij, Auileſij, & ſequacium tam quoad cenſum emphyteuticum, quàm conſignatiuum, vt pro eo executio indiſtinctè competat aduersùs tertium fundi emphyteutici, vel ſubiugati poſſeſſorem etiam ex titulo valido, nec iure improbato, falſam quidem, eſſe, à qua meritò receſſit Gaſpar Ro-